

INDEX

Materiaiarum Alphabeticq

A.		No.
De Actione { Confessoria }	{ Negatoria }	10.
Appulsus iure		13.
Animæ suppositalitate		44.
Auctione voluntaria		38.

B.		No.
De Bene merito		16.
Bodmeria		12.
Gründesafel gold		3.

C.		No.
De Carcere obaratorum		32.
Causis Honorum		2.
Concordia discordan tic Germania "		1.
De Confessione		30.
Confessoria et Negato ria Actione "		10.
De Colono Partiaris		20.


D.		No.
Discordantia Germaniarum	Concordia	1.
de Dono nuptiali		3.
Deposito miserabili		18.

E.		No.
Ejus fallis		5.
Ein Einigkeit		6.
De Exceptione Transacti onum vitii.		31. 41.

F.		No.
De Ficta l. qd Traditione		7.
Foemina non est homo		36.

G.		No.
Germania discordantia	Concordia	1.

H.		No.
H. B. B. B. B. B. B. B. B. B.		3.
De Honorum causis		2.



Faint, illegible text in the upper right section of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

BEIWA

aliquo numero numerorum vos exhibere, ceteri, magros exinde vobis obve
ram,
NIS.



14a

PETRUS MÜLLERUS U. J. D.

INSTITUTIONUM IMPERIALIUM IN ACADEMIA JENENSI

Profesor Ordinarius & Facultatis Juridicæ

Affesor

Cupidæ Legum Juventuti

S. & O.



Omnia, quæ ad Jureconsultum pertinere dicuntur, referri possunt ad *Interpretationem legis*. Et licet juxta Ciceronem *lib. 1. d. orat.* Jctus sit vir bonus ad respondendum, agendum & cavendum idoneus; nihilo tamen minus in interpretatione officii ejusdem summa collocatur. Neutrum horum sine eâ ritè absolvi, nec ulla juris materia dextrè tractari, aut lex in speciem contraria rectè conciliari, aut controversia in foro orta commodè dirimi potest. Dum autem Interpretatio Jcto tribuitur, nihil detractum volumus Magistratui, vel Principi aut Majestati, à qua ille precariam habet potestatem. Maneat Potestati sua interpretatio, quam vocant *authentiam*, illibata, & relinquatur Jcto *Doctrinalis*. Verfatur quippe & Legislator, & Interpres & Philosophus circa Leges, sed diversimodè. Jctus non condit leges, sed conditas tantum interpretatur, nec de aliis agere potest, quatenus talis est, nisi quæ latæ jam sunt: Unde quicquid tractat, id omne eò refertur, ut ostendat ita aut legibus, aut rescripto Principis, aut jure statutorio, vel simili cautum esse, idque ideò, quia aut expressè sic scriptum illic invenitur, aut ex iis, quæ scripta sunt, evidenter hoc deduci potest, Horneji *lib. 4. Philosoph. moral. c. 3. n. 8.* Est autem & hæc Interpretatio res insignis difficultatis, neque à cujusvis opinione pendet, sed ex singulari rerum agendarum prudentiâ venit æstimanda; Id quod ipsum fatetur Philosophus *lib. 5. Ethic. Nicom. cap. 1.* verbis: *Simili modo quoque cognoscere justa & injusta nullam sapientiam esse existimant; propterea quod difficile minime est ea intelligere, de quibus leges præscribunt. Verùm hæc justa non sunt, nisi per acciditatem afferendam, cui & quando adhibenda hæc sint, tam est sanè difficile cognoscere, quàm medicum esse.* Proutergo casus accidunt, ita leges sunt applicandæ. Si verba legis clara sunt & expressa, ut Legislatorem quasi præsentem in hoc facto Jus dicere audiamus, tunc fit applicatio *simplici interpretatione*. Si de præsentis casu lex verbo tenus non quidem loquitur, ast par est ratio, ita ut si Legislator interrogatus hodie, idem esset responsum, quod de casibus expressis, sit interpretatio *extensiva*; nam dictamen rectæ rationis vult majores similesve casus contineri sub generibus, vel tanquam sub regulis finitis & generalibus exempla, & casus in vita humana singulariter occurrentes, cum omnes articuli legibus comprehendi nequeant *l. 12. ff. de legib.* Neque absurdum est etiam in odiosis & poenalibus interpretationem extensivam habere locum, si nempe eadem aut major sub sit ratio. Si verò generalis quidem lex est, facto tamen applicata rationi videtur parum convenire, ut potius Legislator minus voluisse censeatur, tunc interpretatio *restrictiva* sibi vendicat locum; Nam lex, dicente Platone *d. Republ. nunquam poterit optimè & justissimè simul omnibus exactè comprehensio id, quod optimum est præcipere: nam dissimilitudines hominum & actionum, & quod nunquam quid, ut ita dicam, humanarum rerum stabile sit, faciunt, ut nulla penitus ars quicquam simplex in universum de omnibus per omne tempus pronunciare possit.* In iis tamen omnibus æquitas præduro juri præferenda est; omnia enim legibus scripta observaturus Jus in pejorem partem vertit. Qui verò defectum legum ex æquo & bono supplere, sanum earum sensum explicare civiumque negotiis commodâ interpretatione applicare norunt, Jcti sunt, qui ab Aristotele legum ministri & custodes, & *s. Eth. Nic. cap. 7.* Jus animatum appellantur. Ipsa verò ars interpretandi dicitur *Jurisprudentia*, neque ad ullam aliam disciplinam pertinet, leges generaliter latas actionibus hominum applicare, discernendo quid in iis justum, quid injustum; habens suam certitudinem, & propria ac domestica, prima & vera principia, quæ quidem non sunt necessaria, ita ut aliter se habere nequeant, sed quæ sunt ut plurimum; Neque tamen propterea quod accuratæ demonstrationes non dentur, nullæ sunt; Est enim diuine tamen abest, protinusque omnia sunt ad vulgi captum. Hæc *Jurisprudentia Individualis* objectum habet Jus Romanum, quod commune est, & proprium. Per illud denotatur Jus divinum & humanum, non quidem quatenus absoluta sunt, mera & citra respectum ad nostrum jus civile Romanum, sed quatenus approbata & approbatione Romana facta sunt. Jus illud Romanum Justiniano laudatissimo Imperatore curante in unquam plurimis Rebus publicis hodiernum obtineant auctoritatem, ut post Polybium Scipio Gentilis *in orat. d. leg. Reg. p. 58. & seq.* non erubescat fateri: *Tota Europa ad hunc usque diem sponte sua, non imperio coacta, Jus Romanum & Codicem Justiniani colit, sanctissimisque in rebus habet: Taceo Germaniam, Italiam, Galliam, Hispaniam, quæ quatuor maxima & nobilissima nationes Europe numerantur: In ipso Imperio Turcico summam esse Justiniani Codicis venerationem & auctoritatem in judiciis quis non obstupescat? Atque hoc Viri optimi & doctissimi scribunt, qui se etiam vidisse Constantinopoli Codicem hunc propositum in tribunalibus, atque ad id tanquam ad oraculum Cadifcheros illos (judices sunt) recurrere affirmant. Neque tamen hoc in Turcis, in Romani Imperii domicilio nunc habitantibus, tam est admirandum, quàm olim fuit in Colchis, quos Agathias insignis Scriptor Historie, non Barbaros esse, neque ita vivere, ex eo probat, quod ad civile & legale vivendi genus ex consuetudine cum Romanis traducti fuissent.* Est ergo Jus Civile Romanum (quod conspicitur in diversis libris, qui vel *Elementarii* sunt, nimirum Institutiones, vel *Systematici*, qui veterum Jctorum Responsa & Imperatorum Constitutiones certo ordine dispositas continent, uti sunt Digesta & Codex, vel *Suppletorii & Correctorii*, uti sunt Novellæ) ab Imperatore & Ordinibus in Germanico nostro Imperio receptum, ita ut Jura illa in Academia soleant proponi atque doceri. INSTITUTIONES verò cum aliis in omnibus studiis primùm sibi vendicent locum, utpote prima vestigia ejus scientiæ mediocriter tradentes, maximè etiam necessaria erunt ad præstandam totius legitime scientiæ molem *l. 2. §. 11. & l. 3. §. 11. C. d. vet. jur. enucl.* Sunt enim Hæc Vestibula, Primitiæ, Prima legum fundamenta, Elementa, Atrium & Janua Jurisprudentiæ, Diadema civilis Sapientiæ, Fax ardens Juris, & ut multa paucis comprehendam, PARVUM QVODDAM CORPUS JURIS:

Continet hic tenuis legum præcepta libellus

Primaque Romani semina juris habet.

Harum Institutionum Imperialium professionem ordinariam Deo ita benignè dirigente SERENISSIMI DUCES SAXONIÆ, JULIACI, CLIVLÆ AC MONTIUM, LANDGRAVII THURINGIÆ, MARCHIONES MISNIÆ, PRINCIPALI DIGNITATE COMITES HENNEBERGICI, COMITES MARCHLÆ EC RAVENSBERGÆ, DYNASTÆ IN RAVENSTEIN, ACADEMIÆ HUIUS NUTRITORES BENIGNISSIMI, DOMINI MEI CLEMENTISSIMI, haud ita pridem mihi clementissimè demandarunt; Quarum explicationem sine mora in nomine Altissimi, cujus opem indefessis precibus imploro, suscipiam, textum dilucidè satis expositurus, nec tamen obliturus controversiarum, quæ circa §§. moveri solent, simulque memor illius: *Nos altero oculo in jus scriptum Justiniani, altero autem in mores seculi intentos esse oportet, & præsertim quid de unoquoque juris articulo in Camera Imperiali (etiam in aliis judiciis, Saxonice imprimis) tanquam supremo in Romano Imperio judicio observetur.* Perendie hora 1. pomeridiana in Auditorio Jctorum fiet lectionum initium. Accedite Juvenes dilectissimi, aurium dicite operam, atque assiduos auditores vox exhibete, certi, magnos exinde vobis obventuros esse fructus, Valet. Dabam Jenæ d. 29. Septembr. 1680.

Typis BAUHOFERIANIS.

PETRUS MÜLLERUS U.J.D.

INSTITUTIONUM IMPERIALIUM IN ACADEMIA JENENSIS

Professor Ordinarius & Facultatis Juridicae

Allesor

Cupida Legum Juvencium

1780

[Faint, mirrored text from the reverse side of the page, appearing as bleed-through. The text is largely illegible due to its orientation and fading.]

[Faint text at the bottom of the page, possibly a library stamp or additional title information, also appearing as bleed-through.]



00 46453


ULB Halle 3
002 937 530



~~4~~
56

1017





PETRUS MÜLLERUS U. J. D.

INSTITUTIONUM IMPERIALIUM IN ACADEMIA JENENSI

Profesor Ordinarius & Facultatis Juridicæ

Affesor

Cupidæ Legum Juventuti

S. & O.



Mnia, quæ ad Jureconsultum pertinere dicuntur, referri possunt ad *Interpretationem legis*. Et licet juxta Ciceronem *lib. 1. d. orat.* Jctus sit vir bonus ad respondendum, agendum & cavendum idoneus; nihilo tamen minus in interpretatione officii ejusdem summa collocatur. Neutrum horum sine eâ ritè absolvi, nec ulla juris materia dextrè tractari, aut lex in speciem contraria rectè conciliari, aut controversia in foro orta commodè dirimi potest. Dum autem Interpretatio Jcto tribuitur, nihil detractum volumus Magistratui, vel Principi aut Majestati, à qua ille precariam habet potestatem. Maneat Potestati sua interpretatio, quam vocant *authentiam*, illibata, & relinquatur Jcto *Doctrinalis*. Versatur quippe & Legislator, & Interpres & Philosophus circa Leges, sed diversimodè. Jctus non condit leges, sed conditas tantùm interpretatur, nec de aliis agere potest, quatenus talis est, nisi quæ latæ jam sunt: Unde quicquid tractat, id omne eò refertur, ut ostendat ita aut legibus, aut rescripto Principis, aut jure statutorio, vel simili cautum esse, idque ideò, quia aut expressè sic scriptum illic invenitur, aut ex iis, quæ scripta sunt, evidenter hoc deduci potest, Hornej. *lib. 4. Philosoph. moral. c. 3. n. 8.* Est autem & hæc Interpretatio res insignis difficultatis, neque à cujusvis opinione pendet, sed ex singulari rerum agendarum prudentiâ venit æstimanda; Id quod ipsum fatetur Philosophus *lib. 5. Ethic. Nicom. cap. 1.* verbis: *Simili modo quoque cognoscere justa & injusta nullam sapientiam esse existimant; propterea quod difficile minimè est ea intelligere, de quibus leges præscribunt. Verùm hæc justa non sunt, nisi per accitatem asserendam, cui & quando adhibenda hæc sint, tam est sanè difficile cognoscere, quàm medicum esse.* Prout ergo casus accidunt, ita leges sunt applicandæ. Si verba legis clara sunt & expressa, ut Legislatorem quasi præsentem in hoc facto Jus dicere audiamus, tunc fit applicatio *simplici interpretatione*. Si de præsentis casu lex verbo tenus non quidem loquitur, ast par est ratio, ita ut si Legislator interrogatus hodie, idem esset responsurus, quod de casibus expressis, fit interpretatio *extensiva*; nam dictamen rectæ rationis vult majores similesve casus contineri sub generibus, vel tanquam sub regulis finitis & generalibus exempla, & casus in vita humana singulariter occurrentes, cum omnes articuli legibus comprehendi nequeant *l. 12. ff. de legib.* Neque absurdum est etiam in odiosis & poenalibus interpretationem extensivam habere locum, si nempe eadem aut major sub Republ. nunquam poterit optimè & justissimè simul omnibus exactè comprehensio id, quod optimum est præcipere: nam dissimilitudines hominum & actionum, & quod nunquam quid, ut ita dicam, humanarum rerum stabile sit, faciunt, ut nulla penitus ars quicquam simplex in universum de omnibus per omne tempus pronunciare possit. In iis tamen omnibus æquitas præduro juri præferenda est; omnia enim legibus scripta observaturus Jus in pejorem partem vertit. Qui verò defectum legum ex æquo & bono supplere, sanum earum sensum explicare civiumque negotiis emmodâ interpretatione applicare norunt, Jcti sunt, qui ab Aristotele legum ministri & custodes, & *5. Eth. Nic. cap. 7.* Jus animatum appellantur. Ipsa verò ars interpretandi dicitur *Jurisprudentia*, neque ad ullam aliam disciplinam pertinet, leges generaliter latas actionibus hominum applicare, discernendo quid in iis justum, quid injustum; habens suam certitudinem, & propria ac domestica, prima & vera principia, quæ quidem non sunt necessaria, ita ut aliter se habere nequeant, sed quæ sunt ut plurimum; Neque tamen propterea quod accuratæ demonstrationes non dentur, nullæ sunt; Est enim dicente D. Conringio in *introd. ad Polit. Aristot.* ea natura civilium, uti τὴν ἀκριβοσύνην τὴν μαθηματικὴν quidem respuat, non tamen omnibus demonstrationibus destituatur: nec verò licet absit ἀκριβὲς μαθηματικόν, non omne tamen abest, protinusque omnia sunt ad vulgi captum. Hæc *Jurisprudentia Individualis* objectum habet *Jus Romanum*, quod commune est, & proprium. Per illud denotatur Jus divinum & humanum, non quidem quatenus absoluta sunt, mera & citra respectum ad nostrum jus civile Romanum, sed quatenus approbata & approbatione Romana facta sunt. Jus illud Romanum Justiniano laudatissimo Imperatore curante in unum corpus redactum est, vicitque Hic Princeps omnes ante se natos Cæsares hoc in studio, æternamque in emendanda *Jurisprudentia* meruit laudem, prudentiaque sua id assecutus est, ut collectæ istæ leges magnam in *Codicem Justiniani* colit, sanctissimisque in rebus habet: *Taceo Germaniam, Italiam, Galliam, Hispaniam, quæ quatuor maxima & nobilissimæ nationes Europæ numerantur: In ipso Imperio Turcico summam esse Justiniani Codicis venerationem & auctoritatem in judiciis quis non obstupescat? Atque hoc Viri optimi & doctissimi scribunt, qui se etiam vidisse Constantinopoli Codicem hunc propositum in tribunalibus, atque ad id tanquam ad oraculum Cadifscheros illos (judices sunt) recurrere affirmant. Neque tamen hoc in Turcis, in Romani Imperii domicilio nunc habitantibus, tam est admirandum, quàm olim fuit in Colchis, quos Agathias insignis Scriptor Historiæ, non Barbaros esse, neque ita vivere, ex eo probat, quod ad civile & legale vivendi genus ex consuetudine cum Romanis traducti fuissent.* Est ergo Jus Civile Romanum (quod conspicitur in diversis libris, qui vel *Elementarii* sunt, nimirum *Institutiones*, vel *Systematici*, qui veterum Jctorum Responfa & Imperatorum Constitutiones certo ordine dispositas continent, uti sunt *Digesta & Codex*, vel *Suppletorii & Correctorii*, uti sunt *Novellæ*) ab Imperatore & Ordinibus in Germanico nostro Imperio receptum, ita ut Jura illa in Academiis soleant proponi atque doceri. INSTITUTIONES verò cum aliis in omnibus studiis primùm sibi vendicent locum, utpote prima vestigia ejus scientiæ mediocriter tradentes, maximè etiam necessariae erunt ad præstandam totius legitimæ scientiæ molem *l. 2. §. 11. & l. 3. §. 11. C. d. vet. jur. enucl.* Sunt enim Hæc Vestibula, Primitiæ, Prima legum fundamenta, Elementa, Atrium & Janua *Jurisprudentiæ*, Diadema civilis Sapientiæ, Fax ardens Juris, & ut multa paucis comprehendam, PARVUM QUODDAM CORPUS JURIS:

Continet hic tenuis legum præcepta libellus

Primaque Romani semina juris habet.

Harum Institutionum Imperialium professionem ordinariam Deo ita benignè dirigente SERENISSIMI DUCES SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ AC MONTIUM, LANDGRAVII THURINGIÆ, MARCHIONES MISNIÆ, PRINCIPALI DIGNITATE COMITES HENNEBERGICI, COMITES MARCHIÆ EC RAVENSBERGÆ, DYNASTÆ IN RAVENSTEIN, ACADEMIÆ HUIUS NUTRITORES BENIGNISSIMI, DOMINI MEI CLEMENTISSIMI, haud ita pridem mihi clementissimè demandarunt; Quarum explicationem sine mora in nomine Altissimi, cujus opem indefessis precibus imploro, suscipiam, textum dilucidè satis expositurus, nec tamen obliturus controversiarum, quæ circa §§. moveri solent, simulque memor illius: *Nos altero oculo in jus scriptum Justiniani, altero autem in mores seculi intentos esse oportet, & præsertim quid de unoquoque juris articulo in Camera Imperiali (etiam in aliis judiciis, Saxonis imprimis) tanquam supremo in Romano Imperio judicio observetur.* Perendie hora 1. pomeridiana in Auditorio Jctorum fiet lectionum initium. Accedite Juvenes dilectissimi, aurium dicite operam, atque assiduos auditores vox exhibete, certi, magnos exinde vobis obventuros esse fructus. Valete. Dabam Jenæ d. 29. Septembr. 1680.

Typis BAUHOFERIANIS.

